

infinita quæ latissimè tradit Alexand. Raudensis resp. 17. per totum, vol. 1. ubi venies quicquid dici potest pro defensione, vel pro impugnatione alienationis, confessionis, vel cuiuscunque contractus rerum Ecclesiarum: & in effectu multa, quæ non sunt alibi ita plenè scripta. Hipp. Riminald. in conf. 233. lib. 3. Et similiter hoc interdictum, de rebus Eccles. non alienandis, & ususfructus constitutionem comprehendit, sic, ut in Ecclesiarum rebus nec ususfructus constitui possit: quoniam ususfructum constitutens alienare dicitur res Ecclesiar. per text. in dict. l. ult. C. de reb. alienis non alienand. cap. non liceat Papæ, 12. q. 2. ibi: Nec in ususfructu jura dare. Per quem textum sic scribunt in terminis Cardinalis in conf. 1. sub tit. de censib. & in Clementina 1. §. fin. q. 2. de reb. Eccles. non alienandis. Berous decif. 199. n. 8. Guillielm. Redoanus dict. tract. de rebus Eccles. non alienandis, q. 2. cap. 16. per totum, fol. 18. & cap. 33. fol. 35. & cap. 44. ejusd. quæst. n. 3. fol. 37. & q. 20. n. 16. fol. 94. & ultra relatos ab eo, Tiraquell. de retractu lignagier, §. 1. gloss. 7. n. 57. Antonius Galeatius Malvassia in consil. 55. nu. 1. & 2. volum. 1.

6 Verum hoc interdictum, quo res Ecclesiarum alienari prohibentur, interpretationem recipere sciendum est, ut res Ecclesiasticæ simpliciter dicantur prohibita alienari, vel absque causa, & solemnitate alienari nequeant; cum causa tamen, & solemnitate jure ipso alienari possint, per text. in dict. cap. sine exceptione 12. q. 2. cap. cum Apostolica, c. tua nuper, de his quæ sunt à Prælati c. 1. & 2. de reb. Eccles. non alienand. in 6. Clementina 1. cod. tit. l. 1. & 2. tit. 14. part. 1. lib. 63. tit. 18. part. 3. Sic interpretandus est textus in dict. cap. nulli, ex gloss. ibid. verbo, alienare, dum dicit: Nisi pro utilitate Eccles. & juris solemnitate. Quam probarunt communiter omnes, post Abbatem ibi n. 5. Beroum n. 44. Covar. resolut. lib. 2. cap. 16. in princip. Guillielm. Redoanus de reb. Eccles. non alienandis, quæst. 4. de rerum mobilium alienatione n. 14. fol. 44. & quæst. 12. n. 33. & 34. fol. 61. Bursatus in conf. 377. n. 6. & 7. lib. 4. Pet. Surd. in conf. 115. n. 29. lib. 1. D. Didacum de Zuniga, & Sotomajor tractatu de voto quæst. 6. nu. 110. & rribus seqq. quo loco, & Petr. Surdus ubi supra, videntur omnino ubi nu. 31. eleganter agit, an, & qualiter Ecclesiarum bona sine solemnitate alienata recuperentur cum fructibus.

8 Bona igitur Ecclesiar. ut alienari possint, duo potissimum necessaria sunt; solemnitas, id est forma à jure requisita, & iusta alienationis causa: quod si aliquod istorum deficiat, alienatio erit ipso jure nulla, ut ex dictis juribus probarunt Baldus in conf. 221. vol. 1. Socin. in conf. 29. Viso quodam instrumento col. 2. vol. 1. & in consil. 52. Viso instrumento syndicus nu. 10. vol. 4. Decius in conf. 142. & in conf. 282. Viso puncto, nu. 6. Guillielm. Redoanus tractat. præcitato, quæst. 20. de causa utilitatis, nu. 196. fol. 101. Borgninus Cavalcanus decif. 45. num. 28. & seqq. 1. part. Calcanus, conf. 125. nu. 8. Vincent. de Franchis decif. Neapolitana 35. Anton. Galeatius Malvassia in conf. 55. nu. 1. in princip. volum. 1. Alexander Raudensis de analogis, lib. 1. cap. 38. nu. 3. folio mihi 466. Unde servata formâ, & solemnitate à jure requisita, ususfructus rerum Ecclesiasticarum rectè constitui, & alienari potest: aliâ sine causa, & debita solemnitate jus ususfructus in Ecclesiar. rebus acquiri non potest. Quod post longam disputationem, sic resolvit Redoanus quæst. 15. de ususfructus & possessionis rei Ecclesiar. alienatione, num. 7. 8. 9. 11. & 15. & ultra relatos per eum, Tiraquell. de retractu Lignagier, §. 1. gloss. 7. n. 57. & in casu consultus Antonius Galeat. Malvassia in conf. 56. num. 1. volum. 1.

10 Forma autem & solemnitas à jure requisita pro alienatione rerum Ecclesiasticarum immobilium in multis consistit.

Et primò in causa, fieri enim debet alienatio aliqua ex causis expressis à jure, de quibus (ne amplius immoremur per Glossam in summa, 12. q. 2. & plena ma-

nu tradit Guillielm. Redoanus dict. tract. de rebus Ecclesiar. non alienandis, quæst. 19. fol. 85. & q. 20. fol. 94. & qu. 21. fol. 104. & q. 22. fol. 108. & ultra relatos per eum, Grammaticus decif. 79. n. 13. Octavianus, decisio ne 171. n. 8. & 9. Joseph. Ludovic. decif. 93. nu. 15. Joan. Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 52. in principio, Borgninus Cavalcan. decif. 45. n. 33. & 34. 1. part. Bursat. in conf. 377. n. 7. lib. 4. Hippol. Riminald. in conf. 133. nu. 39. & seqq. vol. 3. Anton. Galeatius Malvassia dict. conf. 55. nu. 5. D. Felicianus de Solis lib. 2. de censibus, cap. 3. nu. 7.

Nec sufficit in alienatione rerum Ecclesiasticarum, 11 formam & solemnitatem observare, sed etiam ex iusta, & necessaria causa alienare necessarium est: quod satis apertè colligitur ex text. in cap. 2. de reb. Ecclesiar. non alienandis, lib. 6. & ex communi resolvit Covar. resolution. lib. 2. cap. 17. n. 2. & ultra eum, Gregor. Lopez in l. 63. tit. 18. part. 3. verbo, agrabado. Decius in conf. 282. Berous in cap. cum dilecti, n. 3. de emptione, & venditione. Curtius jun. in conf. 130. n. 3. lib. 2. Gratus in conf. 95. n. 21. & 22. vol. 1. Borgninus Cavalcanus decif. 46. n. 65. in fine, vers. Et pari modo quando contractus, fol. 774. in his terminis loquitur ipse decif. 45. n. 33. prima part. fol. 690. nempe in alienatione, locatione, aut concessione rerum Ecclesiar. cum debitis solemnitatibus facta, in qua tamen de iusta aut necessaria causa non apparebat. Sic & è contra, non sufficit 12 alienationem rerum Ecclesiasticarum in evidentem Ecclesiar. utilitatem, atque ex causis à jure permixtis fuisse celebratam, nisi solemnitates etiam à jure requisitæ observatæ sint. Quod evidenter deduci potest ex ratione dict. cap. sine exceptione, 12. q. 2. & cap. 1. de rebus Eccles. non alienand. lib. 6. atque infinitis relatis, sic probantur Arias Pinell. 3. part. l. 1. C. de bonis matern. n. 31. & 32. ubi aliorum opinionem rectè convincit. Covar. resolut. lib. 2. dict. cap. 17. nu. 2. Anton. Gabr. communium opinionum, lib. 4. de rerum alienat. conclus. 1. n. 2. Sarmient. de redditibus Ecclesiast. 1. part. cap. 2. nu. 1. Octav. Simoncellus de decretis, lib. 3. tit. 8. inspectione 16. ex nu. 125. fol. 435. Guillielm. Redoanus dicto tract. quæst. 20. de causa utilitatis, ex n. 204. cum seqq. fol. 102. Borgninus Cavalcanus decif. 46. num. 59. & quatuor seqq. fol. 772. prima part. Anton. Galeatius Malvassia in conf. 55. nu. 9. vol. 1. Alexand. Raudensis lib. 1. cap. 38. ex num. 20. ubi usque ad num. 31. plenissimè agit de intellectu l. cum hi, §. eam transactionem, ff. de transactionibus: de qua etiam vide omnino Simoncellum dicta inspectione 16. num. 127. versic. Tertio loco, fol. 439. & nu. 128. per totum. Idem etiam defendunt Rolandus in consilio 99. num. 33. cum seqq. lib. 1. & in conf. 54. nu. 42. lib. 2. Cephalus in conf. 207. nu. 29. lib. 2. Bursatus in conf. 82. nu. 21. lib. 1. Hieron. Gabriel. in conf. 36. sub num. 47. volum. 1. Hippolyt. Riminaldus in conf. 5. num. 9. lib. 1. Menoch. de arbit. judic. centuria 2. casu 171. nu. 60. cum seqq. lib. 2. & de adipiscenda, remedio 3. sub nu. 80. circa finem, qui in Minore idem asseverarunt improbant Gloss. sententiam in d. §. eam transactionem, & in Ecclesia novissimè D. Felicianus de Solis de censibus, lib. 2. cap. 2. num. 23. versic. Hæc autem resolutio. Alphonfus de Azevedo in l. 6. tit. 2. lib. 1. novæ collectionis Regiæ, nu. 15.

Deinde & secundò forma, & solemnitas requisita à 13 jure pro alienatione rerum Ecclesiasticarum in causâ cognitione, & tractatu consistit: idcirco in alienatione hujusmodi, prædicta intervenire omnino necessarium est, atque ex instrumento alienationis constare debet adhibitam fuisse causæ cognitionem, & tractatum habitum, qui tamen diligenter adhibendus est, ut hi, qui alienant de necessitate, & utilitate Ecclesiar. atque de omni eo, quod eidem Ecclesiar. magis expedire possit, se informant, aliâ causâ cognitione & tractatu non intervenientibus, alienatio viribus, & effectu carebit, nec jure subsistere poterit, ex textu singulari in c. de reb. Ecclesiar.

Ecclesiar. non alienandis, lib. 6. ibi: Quia etiam iracundus solennis & diligens, qui talibus concessionibus perperuis, & alienationibus Ecclesiasticar. exigitur, non fuit adhibitus in eadem: ordinationem, & concessionem ipsam decernimus non valere. De his autem duobus, hoc est, causâ cognitione, & tractatu, & forma ejus, & praxi instrumenti continentis tractatum, & causæ cognitionem super re alienanda, & multis ad propositum necessariis, tractant plenissimè Guillielm. Redoanus tractatu saepe repetita, de reb. Ecclesiar. non alienand. q. 23. per totum, fol. 113. & q. 25. per totum, fol. 123. Gregor. Lopez in l. 63. tit. 18. part. 3. verbo, agrabado, Octavianus decisione Pedemontana 171. num. 8. & 9. Joseph. Ludovicus decif. Perulina 93. numer. 21. & seqq. Anton. Galeatius Malvassia in conf. 55. n. 15. vol. 1. Borgninus Cavalcanus decif. 45. n. 28. & 29. fol. 688. & decif. 46. n. 156. & seqq. fol. 786. 1. parte. Alexander Raudensis de analogis, lib. 1. cap. 38. ex num. 64. cum seqq. Hippol. Riminald. in conf. 384. n. 12. 13. & 14. vol. 4. ubi dicit, quod tractatus est prima solemnitas, in alienationibus rerum Ecclesiasticar. requisita, quod tractatus nihil aliud est quam discutere, & cognoscere inter Prælatum, & alios de capitulo de causa alienationis, ut quilibet dicat sententiam suam. Ex quibus apparet, magis communiter observatum, ut in alienatione rerum Ecclesiar. unicus tractatus sufficiat, nec tres tractatus necessarij sint: quod intelligendum est, nisi usu & consuetudine aliud receptum sit, & dummodo tractatus ille unicus diligenter, ac plenè, & solemniter adhibitus fuerit, prout etiam conveniunt in hoc Covar. resolut. lib. 2. d. cap. 17. n. 1. Avendañ. de exequend. mandatis, cap. 4. n. 34. in princ. Redoan. dict. quæst. 25. n. 27. & 28. Et causæ cognitio & tractatus versari debet non solum circa causam alienationis, sed etiam circa rem ipsam alienandam, an scilicet Ecclesiar. expediat, rem potius unam alienare, quam aliam: sic observant, & jure fundant Socinus in conf. 15. col. 2. vol. 1. Gregor. Lopez videndus in l. 2. tit. 14. part. 1. verbo, mueble, Redoanus dict. quæst. 23. fol. 113. n. 4. & n. 10. & 20. & quæst. 25. fol. 123. n. 19. & n. 69. Borgninus Cavalcanus dict. decif. 45. n. 28. Alexand. Raudensis dict. cap. 38. n. 122. Anton. Galeatius Malvassia d. conf. 55. num. 18.

Consistit etiam forma, & solemnitas in prædicta alienatione requisita, in autoritate, & licentia Superioris; & sicut res Ecclesiarum legitime alienari dicantur, pro forma, & solemnitate, licentia, atque autoritas Superioris requiritur, ex dictis juribus, & textu in dict. c. sine exceptione, 12. quæst. 2. ubi sic adnotarunt communiter Doctores, Joan. Monachus in cap. 1. n. 8. & ibi Probus in additione, n. 19. de rebus Eccles. non alienandis, lib. 6. plenè Geminianus in conf. 48. Redoanus dict. tractatu, quæst. 26. num. 28. & quæst. 24. num. 14. Josephus Ludovicus decif. 93. n. 29. Avendañus de exequendis mandatis, dicto capite 4. numer. 34. versic. Tertio requiritur, Anton. Galeatius Malvassia dict. conf. 55. num. 18. Bursatus in consilio 377. num. 7. lib. 4.

17 Quod distinctè magis dignosci poterit, observando in primis, quòd si Ecclesiar. Collegium, aut Ecclesia Cathedralis, Episcopalis, vel Archiepiscopalis alienat, eâ forma, & solemnitate adhibita alienare debet, ut omnes de Capitulo in unum conveniant, & ipsis in loco solito congregatis, causa alienationis proponenda est, de qua, de re etiam alienanda, & de quantitate discutitur; id quod tractatus, sive causæ cognitio appellatur, de quibus diximus supra, & deinde singulor. consensus exquiratur; enimverò si major pars in alienatione conveniat, omnes subscribere debent: atque rebus ita peractis, & Superioris, Episcopi, sive Archiepiscopi, vel alterius Prælati autoritate interveniente, firma erit, & legitima alienatio, per text. in dict. cap. sine exceptione, cap. Abbatibus 12. q. 2. cap. nuper, ubi notant Doctores, del Castillo Quotid. Controv. Juris, Tom. I.

doctores his quæ sunt à Prælati. Abbas, & Imola in cap. cum Apostolica, eod. tit. Baldus in conf. 221. vol. 1. Covar. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 1. Joseph. Ludovic. decif. 93. n. 26. & 29. Bursatus dict. conf. 377. n. 7. Et ad hæc reduci debent, quæ latius cumulant Borgninus Cavalcan. decif. 45. n. 28. 30. 33. 34. 36. & 40. cum seqq. 1. part. Guillielm. Redoanus de rebus Ecclesiar. non alienandis, quæst. 26. de his qui consentiunt, & de consensu, qui adhibetur in alienationibus Ecclesiasticis, numer. 11. & 16. & 19. & 20. & q. 24. num. 11. ubi dicit, quòd alienatio rei Ecclesiar. Episcopalis facta sine consensu Episcopi, & Capituli non valet; cum consensu tamen Superioris, quod sufficit, si major pars præsentium Capituli, alienationi consensum adhibeat: & in proposito, qualiter major pars considerari debeat, plenè tractat ipse q. 38. fol. 174. & q. 20. n. 39. fol. 95. Jacobus Mandellus de Alba in consilio 342. numero 36. & 37. lib. 2. qui omnes pro certo supponunt, quòd Episcopus res Ecclesiar. suæ, vel mensæ, de consensu Capituli, & sua tantum autoritate alienare possit, nec requirere debeat licentiam, & autoritatem Archiepiscopi Metropolitanæ, aut Papæ.

Qua tamen in re animadvertendum erit, diversas extare, & contrarias Doctorem sententias, quas duntaxat retulit, sed nihil certum firmavit eruditiss. Gregorius Lopez in l. 63. tit. 18. part. 3. verbo, de fulan Archiepiscopo. Redoanus tamen, qui plenissimè insilit dicto tractatu, q. 41. de autoritate Prælati in alienatione interponenda, n. 45. usque ad n. 58. folio mihi, 157. verius existimat, quòd Episcopus, qui non juraverit non alienare inconsulto Papa, aut Superiore, possit ipse tantum de consensu sui Capituli, etiam absque autoritate Romani Pontificis, aut Metropolitanæ alienare: quod idem Author tenuit expressè q. 26. de his qui consentiunt, & de consensu, qui adhibetur in alienationibus Ecclesiasticis, n. 20. & 21. fol. 127. Et pro hac parte (ut alia fundamenta consultò prætermittam) non parum urget, quòd omnia jura, quæ in alienatione rerum Ecclesiasticar. autoritatem, aut licentiam Superioris requirunt, autoritate Episcopi contenta sunt, ex dict. cap. sine exceptione, cap. Abbatibus, cap. placuisti, 12. q. 2. cap. in venditionibus, 17. q. 4. Nihilominus propter summam autoritatem Glossarum, & Doctorem contrarium tenentium, securus erit, quòd licentia, & autoritas Archiepiscopi accedat, ut dicit Imola relatus per Gregor. Lopez dicto verbo, de fulan Archiepiscopo. Cujus dictum procedere poterit, quando alienatio esset in magna quantitate, aut magis præjudicij; aliâs enim in alienationibus ordinariis Episcopum non indigere Archiepiscopi autoritate, & verius est, ex omnib. juribus in hac materia loquentibus, & rationibus per Redoanum adductis, atque in usu & praxi sic quotidie observatur. Ratio autem hujus distinctionis esse poterit, quòd in alienatione rerum Ecclesiasticar. tot solemnitates ad eum effectum, & sibi requisitæ sunt, ne in detrimentum & damnum Ecclesiarum quomodolibet, & de facili, sed maxima deliberatione decretum alienationis interponatur, & ut Ecclesiar. utilitati studiosè consulatur, ut per text. in d. cap. sine exceptione, cum aliis similibus, expressim adnotarunt Grammaticus in conf. 28. n. 10. Marcarius in conf. 15. pag. 152. Alexand. Raudensis de analogis, lib. 1. c. 38. n. 30. & n. 79. Ideò quando tractatur de alienatione rei magni valoris, sive ex qua magnum præjudicium resultare poterit, major solemnitas necessaria est, quoniam ubi majus periculum est, ibi melius, & cautius agendum est, c. ubi periculum, de elect. lib. 6. cum his quæ scripserunt Roland. in conf. 81. n. 10. vol. 1. Cephal. in conf. 374. n. 68. & conf. 432. n. 21. lib. 3. Menoch. in conf. 73. n. 19. l. 1. cum tamen in alienatione rerum Ecclesiasticar. Romani Pontificis Autoritas intercedit, alterius Prælati inferioris autoritas necessaria non est, item nec alia solemnitas. Decius in conf. 142. Pro tenui. Capicius decif. 16. Jacob. Mandellus de Alba in conf. 342. n. 31.

lib. 2. Borgninus Cavalcantus decif. 45. n. 64. i. part. & alijs dec arat Guillielm. Redoanus dict. tractat. q. 27. num. 12. fol. 130. & quæst. 43. n. 2. fol. 161. Et hætenus, cum Episcopus alienare intendit res Ecclesiæ suæ, vel mensæ.

22 Verùm, cum Ecclesiæ Parochialis, aut Capellæ res alienantur, Rector, sive œconomus causam, ex qua alienari debere rem aliquam ejus Ecclesiæ contendit, Episcopo, aut Archiepiscopo ordinario ejus Diœcesis exponere debet, habitaque & receptâ judicialiter causæ cognitione, si Episcopus, aut Archiepiscopus auctoritatem, & licentiam alienationi præstiterit, valida erit, & firma alienatio: nec in hoc casu tractatus, aut consensus Capituli Eccles. Cathedralis exigitur, sed solus Episcopi, vel Archiepiscopi consensus sufficit; sic jure, & ratione fundans rectè resolvit Covar. resolution. lib. 2. cap. 17. in princ. vers. ai si alienatio fiat. Jacobus Mandellus de Alba in conf. 342. n. 31. & 32. & n. 48. lib. 2. Borgninus Cavalcant. decif. 45. n. 28. fol. 688. & ad hæc reduci debent, quæ in proposito scripsit Guillielm. Redoanus dict. tract. q. 24. n. 14. fol. 119. & q. 41. n. 62. fol. 158. dum dicit, quòd in Parochialibus Ecclesiis debet adesse consensus Episcopi, & Clericor. illius Ecclesiæ, nec Clerici alienare possunt sine Episcopo, nec Episcopus sine Clericis, & q. 25. n. 45. fol. 124. & quæst. 26. & 28. fol. 128. dum dicit, quòd Rector Ecclesiæ non Collegiatæ alienare potest rem Ecclesiæ, utilitate, vel necessitate suadente, cum auctoritate Episcopi: & isto casu sufficere auctoritatem, aut licentiam sive Episcopi, sive alterius Superioris immediati, ex Alexandro in conf. 17. Viso instrumento, col. 1. in fine, vol. 4. consultus respondit Jacob. Mandellus de Alba in conf. 342. n. 31. & 37. lib. 2. Quòd intelligendum est, quando talis Superior exemptus est à jurisdictione Episcopi, & habet quasi jura Episcopalia, ex resolutis per Redoanum q. 41. n. 64. fol. 158. non tamen sufficere auctoritas, aut licentiam Vicarii Episcopi, nec poterit ipse Vicarius facultatem alienandi concedere nisi ex commissione, aut voluntate ejusd. Episcopi, vel Archiepiscopi, ex Mandello ubi supra. Redoanus dict. q. 41. n. 59. Socino in conf. 52. n. 9. vol. 4. Cavalcant. decif. 45. n. 40. fol. 693.

23 Monasteriorum autem, vel Religionum bona cum alienantur, pro forma, & solemnitate alienationis, tractatus, & causæ cognitio requiritur, prout explicavimus supra. Item & consensus Abbatis, vel Prioris, & Capituli, & denique auctoritas, & licentia Episcopi, aliàs valida non erit alienatio, quæ aliquo istorum deficiente facta fuerit, per text. in cap. Abbatibus, 12. q. 2. Clementina 1. de reb. Ecclesiæ non alienandis. Id tamen intelligendum est in Monasteriis non privilegiatis, & quæ subsunt Episcopo; secus tamen in Monasteriis exemptis, & Rom. Pontif. immediatè subjectis, & quibus Prælati superiores habent quasi Episcopalem jurisdictionem; tunc enim Superioris auctoritas sufficit cum consensu Convenus, sive Capituli. Sic resolvit Redoanus d. tractatu, q. 24. n. 13. fol. 119. & q. 27. quorum consensus requiritur in Monasteriorum reb. alienandis, per totam, fol. 130. ubi n. 17. dicit, quòd Prælati, & religiosi debent adhibere in alienatione rerum Ecclesiæ consensum, vel auctoritatem Superioris. Covarr. etiam resolu. lib. 1. cap. 3. n. 9. Avendañus de exequendis mandatis, cap. 4. num. 24. vers. Tertio requiritur, ibi: Et si sunt bona Monasteriorum.

24 Cæterum Hospitalia, Confraternitates, & similes aliæ Communitates, utrum dicantur secularia, vel Ecclesiastica loca, ut privilegia, & immunitatibus rebus, & locis Ecclesiasticis concessis gaudere possint, & an illorum bona formâ, & solemnitate rerum Ecclesiasticar. alienari debeant? (ut alios infinitos prætermittam, qui ab eis. præcitantur) plena manu resolvunt Redoanus dict. tract. q. 28. de consensu præstando in bonis Hospitalium, & Fraternitatum, fol. 131. & q. 41. n. 12. usque ad n. 21. fol. 154. & quæst. 47. per totam,

fol. 170. & q. 49. fol. 174. & q. 51. cap. 12. per totam, fol. 193. & cap. 15. fol. 195. Anton. Gabriel omnium opinionum, tit. de pia causa, conclus. 1. & 2. Menoch. recuperanda possessionis, remedio 15. à n. 22. usque ad n. 38. Joseph. Ludovicus decif. 30. à n. 6. vers. circa secundum, usque ad num. finalem, & decif. 93. n. 35. & quatuor seqq. & num. 45. & 46. D. Anton. de Padilla in l. si aquam, à num. 48. C. de servitutibus. Mascardus de probationib. tom. 2. conclus. 869. Joannes Gutierrez canonic. quæst. cap. 35. à num. 2. cum multis seqq. & n. 20. & quinque seqq. Petr. Magdalen. de numero testium in testamento requisito, 2. part. cap. 2. relicta ad pias causas que dicantur, à num. 2. usque ad n. 16. & n. 24. usque ad n. 34. Cephalus in conf. 197. n. 23. & 24. lib. 2. Alexand. Raudensius de analogis, lib. 1. cap. 23. n. 83. & 87. & cap. 30. n. 151. & seqq. D. Felicianus de Sôlis lib. 2. de censibus, cap. 3. num. 11. Gironda de gabellis, 7. part. num. 41. & seqq. fol. 148. & num. 67. Azevedius in l. 6. tit. 2. num. 9. lib. 1. novæ collectionis Regiæ. Sylvester Aldobrandinus in conf. 30. n. 5. 6. & 7. & in consil. 40. num. 8. vol. 1. Horum major pars distinguendum putavit, an Confraternitates, & Hospitalia sint fundata, & constructa cum auctoritate, & licentia Episcopi, ut tunc bonarum Ecclesiasticar. efficiantur, & gaudeant privilegiis, & immunitatibus Ecclesiasticis atque Ecclesiasticis locis concessis; & consequenter alienari nequeant nisi cum causa, & solemnitate à jure Canonico requisita: An verò constructa, & fundata sint privatâ auctoritate, & tunc bona eorum Ecclesiastica non dicantur, & consequenter distrahi possint absque forma & solemnitate, quæ in rebus Ecclesiasticar. alienandis requiritur. Erit tamen ea solemnitas necessaria, quæ in rebus prophanis Universitatium exigitur, ut scilicet alienatio fiat congregatis hominibus hospitali, vel Confraternitati presentibus in loco solito ad sonum campanæ: quod ex Ruino in conf. 175. Visa donatione, lib. 1. rectè adnotavit ex omnibus relatis supra solus Josephus Ludovicus dict. decif. 93. n. 37.

Menochius tamen recuperanda possessionis, dict. remedio 15. n. 36. verius credit, quòd si Hospitalia constructa sunt, ut sacrum sit, & Deo Optimo Maximo dicatum, & bona unâ simul congesta, eo sunt animo congesta, ut ad opera Oratorii confectioni necessaria, & pauperes sublevandos perpetua sint; tunc bona illa, ut Ecclesiasticar. cætera bona habenda sunt, & is locus judicandus est religiosus, etiam si Episcopi consensus non accesserit; nec distrahi poterunt, nisi cum causa debita, & solemnitate à jure requisita, hoc est accedente totius Confraternitatis consensu, ac auctoritate Episcopi, & illis casibus, in quibus aliorum locorum religiosor. bona distrahi concessum est. Et hæc opinionem (quam ego probabiliorē, magis securam, & omnino servandam existimarem) sequutus est Joan. Gutierrez canonicar. q. c. 35. n. 23. vidend. à n. 21.

25 Bona autem Ecclesiasticar. ad quod usque tempus locari, vel qua forma, & solemnitate in emphyteusim concedi possint? & de Extravaganti Ambrosio, Pauli secundis, de reb. Eccles. non alienandis, in Extravagan. commun. (ne quæ ab alijs plenè sunt resoluta, transcribere tantum, sive à nostro instituto discedere multum videamur) tractant plenissimè Guillielm. Redoanus de reb. Eccles. non alienandis, quæst. 58. fol. 257. & q. 35. fol. 140. & q. 36. fol. 145. & q. 77. cap. 1. fol. 95. Avendañus de exequendis mandatis, cap. 4. n. 37. videndus omnino usque ad num. 43. Covar. resolu. lib. 2. cap. 16. & 17. Joannes Gutierrez canonicar. quæst. cap. 8. per totum. Sarmientus de redditib. Ecclesiasticis, i. p. cap. 2. n. 20. Marc. Anton. Eugenius in conf. 24. per totum, latissime Cavalcantus legendus omnino decif. 43. 45. & 46. prima parte, & multos congerit Petr. Cenedus collectaneo 32. ad Sextum, Clementinas, & Extravagantes: ultra quem, commendo Burlatum in conf. 127. ex n. 10. usque in finem conf. lib. 2. Alexand. Raudens. de analogis lib. 1. cap. 38. ferè per totum.

Et

26 Et utrum in alienatione rerum Ecclesiasticar. sive alio actu quocunque regulariter omnia solemnitas, & necessaria intervenisse, in dubio præsumendum sit, maximè propter antiquitatem temporis; deinde solemnitas extrinseca, an, & quando ex antiquitate temporis præsumatur, tractantur latissimè, ut nihil ad propositum intactum relinquatur. Redoanus d. tract. q. 39. per totam, fol. 149. & q. 48. per totam, fol. 171. Anton. Gomez. tom. 2. variar. cap. 11. n. 17. per totum. Menoch. videndus omnino lib. 3. præsumpt. 132. per totam, & in conf. 90. nu. 29. 30. & 44. lib. 1. Cephal. in conf. 314. lib. 3. & in conf. 684. nu. 65. 69. 100. & 102. lib. 5. Mieres de majorat. part. 1. q. 45. per totam, & part. 4. q. 20. nu. 28. Hieron. Gabriel in conf. 36. ex n. 48. cum seq. vol. 1. Gratianus regula 144. per totam, Menchaca de successione resolutione, lib. 1. §. 4. n. 30. & 31. & §. 7. ex n. 9. usque ad n. 18. & controversiar. illustrium, lib. 2. cap. 64. per totum, Mascardus de probationibus, tom. 1. conclusio 2. & 147. & 148. & tomo 2. conclus. 1320. 1321. & 1322. Velasquez de Avendañis in l. 42. Tauris, ex n. 6. cum seqq. Marc. Antonius Eugenius in conf. 8. à n. 14. usque ad n. 32. Borgninus Cavalcantus decif. 45. ex n. 11. & decif. 47. ex num. 42. Anton. Galeatus Malvassia in conf. 56. ex num. 18. cum seq. vol. 1. Joann. Vincent. Hondedeus in consil. 82. num. 26. & seqq. Octav. Fulvius Pacianus tractatu de probationibus, i. lib. cap. 13. ex n. 10. & cap. 10. ex n. 94. Alexand. Raudensius videndus omnino de analogis, lib. 1. cap. 38. ex 108. cum seqq. & num. 137. & seqq. & in appendice posito post dictum tractatum de analogis, 3. parte, ex num. 234. atque ex nu. 170. Camillus Gallinius de verbor. significatione, lib. 5. cap. 18. ex n. 651. cum seqq. Octav. Simoncellus de decretis, lib. 3. tit. 7. inspectione 30. per totam, fol. 349. Ex quorum resolutionibus, & distinctionibus explicanda sunt, atque intelligenda duo. Primum, resoluta per Avendañum de exequendis mandatis, cap. 12. n. 27. dum constituit, quòd in terminis Capituli noni, lati in curis de Valladolid, anno 1542. petitione 9. quod est hodie l. 11. tit. 7. lib. 7. novæ recopilat. si non apparet de licentia Regis expressa, illa nunquam præsumi debet ex temporis diuturnitate. Secundum adnotata per Felicianum de Sôlis lib. 2. de censibus, cap. 3. n. 9. ubi postquam dixit, quòd Ecclesia, Civitas, aut Respubl. non tenetur ex contractu censuali, nisi prohibet creditor pecuniam fuisse convertam in Eccles. vel Reipublicæ utilitatem, statim affirmat, quòd si longum tempus effluxerit, propter antiquitatem temporis, præsumi debet, pretium convertum fuisse in utilitatem Eccles. vel Civitatis: quod tamen intelligi, atque explicari debet juxta occurrentis casus materiam, & necessitatem, rectè perpenfis his, quæ Menoch. Mascard. & alii relati supra latius cumularunt.

28 Sed in terminis d. l. 11. tit. 7. lib. 7. novæ recopil. prætermittenda non erunt nonnulla, quæ & utilia esse possunt & necessaria, cum ejus legis decisio frequenter occurrere solet: idcirco ex doctrina tradita in prin. hujus cap. quòd alienatione prohibita, usufructus etiam constituitur prohibeatur: Constituentum erit & tertio loco, quòd in casu illius legis, ubi res Civitatis donari, vendendi, alienarive absque Regia facultate prohibentur, nec usufructus etiam, nisi de licentia Regia constitui possit: quod ex dictis supra satis confirmatur, & his, quæ scripserunt Pinell. 3. part. l. 1. C. de bonis matern. n. 20. Cephal. in conf. 53. n. 14. & seq. l. 1. & ratione principali illius legis defumitur, quæ ex mente concedentis ita propriè obtinet in hac specie, sicut in specie, aut prohibitione alienationis ibidem expressa.

29 Quod si absque licentia Regia, de consensu tamen & auctoritate populi, termini, aut terræ, de quibus in ea lege, concedantur alicui, ut ibid. feminet, vel ut plantent arbores, & cum hoc titulo possederit, ipso spatio viginti annorum, feminando, & arando, vel plantando arbores, licet licentia sola populi inutilis sit, ex dict. l. 11. tamen possessio illa viginti annorum efficax erit,

ut probato priùs, quòd illo tempore est aratum, plantatum, vel id effectum, ad quod hujusmodi terræ concessæ fuerunt, defendi debeat in possessione is, cui per populum concessio facta fuit: ita tamen quòd imponatur eidem solarium, & census, de quo in l. 9. eod. tit. & lib. Quod in terminis sic declarat Avendañus. de exequendis mandatis, cap. 12. n. 22. vers. item advertendum est quòd illud capitulum. Mexia in l. Toleti, in 2. fundamento partis 9. n. 43. & seq. fol. 86. Alphonsus de Azevedo in l. 3. n. 27. usque ad n. 33. & in l. 11. n. 2. tit. 7. lib. 7. novæ collect. Regiæ: ubi plenè agit, quid fieri debeat, cum is, cui à populo concessio facta est, per quadraginta annos sic possederit, & de possidente tali tempore absque titulo Regis vel concessione populi, ut ibidem videri poterit.

30 Ex his constitutum duxeram, deceptum aperte Avendañum de exequendis mandatis, dict. cap. 12. n. 21. in princ. & nu. 25. vers. Item licet. Is enim exillimavit, quòd in terminis dictæ legis Regiæ, ubi ad alienationem terrar. & terminor. de quibus in ea lege agitur, expressa requiritur licentia Regis, sufficere debeat, quòd earum rerum alienatio facta fuerit ex consensu majoris partis incolarum sive populi, & datis sigillatim votis, & interposito Præsidis decreto: & sic servata solemnitate, & forma, de qua in l. ult. C. de vendendis reb. civitatibus, lib. 11. atque ea principaliter motus est ratione, quòd dictum Capitulum de Valladolid, sive dict. l. regia 11. tantum loquatur eo casu quo justitia tantum, & Rectores civitatis id faciunt, non verò cum omnes cives congregati fecerint: in quo, ut dixi, decipitur aperte, cum ex mente, atque verbis illius legis, tamen incolar. omnes sive cives consentirent, non posset fieri alienatio, licentiâ Regiâ non interveniente contra expressam ejusd. legis prohibitionem, nec valerent in contrarium acta; quod rectius defendunt Mexia ubi supra n. 45. fol. 86. & Azevedius in ead. l. 11. tit. 7. lib. 7. n. 3. qui tamen aliter non fundant. Verùm hæc pars evidenter ex sequentib. comprobari videtur.

31 Primum, nam si contraria opinio admitti posset, daretur via eludendi dispositionem dict. l. Regiæ, & in effectum alienationes fierent absque licentia Regis, contra ejus intentionem, & voluntatem: quod nequaquam admittendum est, ex resolutis per Bartol. in l. omnes, §. rectè, n. 2. ff. de furtis. Jason in l. 1. lectura 2. ad fin. ff. sol. no. matrimonio. Crotum in l. omnes populi, n. 277. ff. de justitia & jure. Eo magis, quòd dicta lex Regiâ ad validandam terminor. & terrarum alienationem, pro forma, & solemnitate requirit licentiam Principis, idèò præsentia, aut consensus totius populi, facultatis Regiæ defectum supplere non erit potens: quia forma, & solemnitas ab ea lege tradita, in dubio substantialis præsumitur, & unquam observanda est, ex Doctrina Baldi in l. comparatione, 3. oppositione, in fine, C. de fide instrumentorum. Alexandri in conf. 50. n. 5. lib. 5. Decii in consil. 434. nu. 2. Cephal. in conf. 438. n. 2. & 3. vol. 3. quàm multis exornant Joan. Botta in conf. 58. nu. 7. Hippol. Riminaldus in conf. 355. n. 58. lib. 4. Decianus in conf. 72. n. 27. lib. 2. Menchaca de successione creatione, lib. 2. §. 13. requisito 9. n. 68. & lib. 1. §. 4. n. 27. Matienço in l. 1. tit. 4. lib. 5. novæ recopilationis gloss. 4. n. 19. & 20. Aldobrandinus in conf. 34. num. 33. & sequent. lib. 1. Achilles de Pedrocha in conf. 1. n. 18. & seq. Quod maximè procedit, quando verba legis essent aliàs superflua; ut in terminis nostris contingeret, ex Alexandro in l. 4. §. Prætor ait, n. 2. ff. de damno infecto: vel quando lex providet aliter, quam jus commune, sicuti providet d. lex Regiâ, ex glossa, verbo, inhibentis, in Clementina 1. de jure Patronatus, Rescripto in c. cum dilectis, col. 8. vers. Nonum signum, de Rescriptis. Beccio in conf. 12. n. 23. Rolando in conf. 72. n. 61. lib. 3. Unde verbis dict. l. Regiæ, quæ Regis licentiam requirunt, inhærendum est, nec talis interpretatio admittenda, ex his, quæ cum Jasone, Decio, Tiraquello, & alijs adnotavit Menoch. in conf. 243. n. 17. l. 3. aliàs forma legis,

Ce 3

omissâ;